DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE INVENTARIO IN GENERE,

Quam

PRÆSIDE DEO

ET

INDULTU ac AUCTORITATE
INCLYTÆ ac SPECTABILIS
FACULTATIS JURIDICÆ
MARBURGENSIS,

PRO

Privilegiis & Summis in Utroque Jure honoribus DOCTORALIBUS ritè conſequendis,

Publico ACADEMIÆ PROCERUM
examini ſubmittit

CONRADUS HELFRICH,
SPIRENSIS.

Die IX. Junii. CIↃ IↃCCII.

Marburgi Cattorum, Typis JOHANN. HENRICI STOCKII.

Digitized by Google

Digitized by Google

B. C. D.

Præfatio.

NOn immeritò cum Plinio juniore *lib. 8. Epiſt. 14. ajo, quotusquisq; eſt tàm patiens, ut ea velit diſcere, quæ non ſunt in uſu aut non in uſu frequenti*: Idem & Doctores noſtri multoties inculcant, materias juris, lectoris alliciendi gratiâ & ab utilitate, neceſſitateque commendantes *Proœm. Inſt. §. 3. l. 1. ff. de negot. quæſt. l. 1 de inoffic. teſt.* Quare ex hoc acervo materiarum juridicarũ perutilem ſanè atque quotidianam inventarii, adeò tamen teſte *Bart. in conſ. 145. pr. vol. 4. Klock conſ. ad opt. 91. n. 3.* ſcrupuloſam ut ſæpè induſtrii in ipſius confectione decipiantur, Diſputationis Inauguralis loco ventilandam ſelegi, de quâ poſtpoſitis pluribus encomiis, quod Ulpianus *in L. 1. princip. de Exerc. act. & l. 1. ff. de Reſtit. in integr.*

de

de ſaluberrimo ejusdem reſtitutionis remedio deprædicat, convenientiſſimè poſſum prælo-qui. Fave proinde, benevole Lector! & ſin minùs eam pro dignitate ſuâ deſcripſero aut quæ menda fortè irrepſerint, ea pro candore tuo corrige.

THESIS I.

§. 1.

QUoniam verò omnis ſcientia & omnis diſciplina à verborum ſignificatione incipiat teſte Baldo, *inl. Liberum n. 5. C. de oper. libert.* Gallin. *de verb. ſignif. lib. 1. cap. 1. n. 1. & ſeqq.* & omnis Diſputatio à definitione debeat proficiſci, Cicero *de off. lib. 1. cap. 1.* Fuſar. *de ſubſtit. q. 1. n. 1.* Camill. Borell. *de Compromiſſ. §. 3. gl. 1.* quæ veluti in ſpeculo primo intuitu ponat præ oculis totius rei ſubſtantiam: quinimò vocis proprietas rei quidditatem crebrius oſtendat. *l. 1. ff. de tutel. §. 1. inſt. eod. §. eſt & alind inſt. de donat. §. fin. inſt. de fideicommiſſ. hered. 4. §. 4. de his qui not. infam.* ideò incongruum atque inconveniens non exiſtimavi inventarii nomen & eſſentiam quandantenus declarare, quò felicius ad illius perfectam cognitionem non poſſim non devenire: totam tamen vim non in nomine, ſed in effectu ponendam eſſe verius eſt, quippe quod nominis diſputatio pertinacibus meritò relinquatur. *l. 2. Cod. de conſtit. pecun.* id quod, quoties ab effectu rei notitiam habemus, intelligitur, & quamvis prius de Etymologiâ, indeque de rei definitione tractandum dicat JCtus *l. 1. ff. de juſt. & jure,* exemplo tamen aliorum edoctus à definitione priusquam de Etymo, telam exordiar.

§. 2

§. 2.

INventarium eſt annotatio rerum alienarum à lege perſonis quibusdam iujuncta, ut de earum adminiſtratione & reſtitutione certius conſtet: Vel ad mentem Heeſeri *in doctiſſimo tractatu de rationibus redd. loc. 6. n. 1.* ſcriptura continens deſignationem rerum ſingularium vel in patrimonio, vel ſub adminiſtratione geſtoris exiſtentium.

§. 3.

IDemque ratione cauſæ efficientis eſt publicum, vel privatum: illud, quod vel authoritate magiſtratus vel à publicâ perſonâ conficitur: hoc quod privatus vel per ſe ipſum vel per alium conſcribit; ratione ſubjecti triplex eſſe ſtatuit Nepos de monte alba. *in tract. de Except. in rubro* contra tutores & curatores *n. 6.* præſtabilius quintuplex conſtituit Franciſc. Porcell. & Speculat *in tit. de inſtrum. editione §. fin. tutoris & curatoris l. 7. ff. l. 24. C. de adminiſt. & peric. tut. auth. quod nunc. C. de curat. furioſ.* ibique §. *6. & 7. l. 1. §. 3. de tutel. & ration. diſt. orphanotrophi l. 32. C. de Epiſcopis & cler. nov. 131. cap. 15. Prælati.* isque ſive Epiſcopus, ſive alius præpoſitus ſit. *C. Syracuſana. 28. Diſt. Fiſci. l. 7. C. de bonis proſcript. l. 3. l. f. C. de bon. vacant.* denique heredis *l. fin. Cod. §. 12. Bald. ibid. col. pen. in fin. verſ. quinque ſunt. Roland. à valle in tract. de invent. montic. ibidem. g. 223.* quinimò etiam ratione objecti inventarium ita diſpeſci poteſt, ut ſit vel rei noſtræ, vel alienæ, aliud vel perfectum vel imperfectum, quorum priori res mobiles & immobiles, corporales & incorporales deſcribuntur. *Mev. Reſp. 2. p. m. 29.* poſteriori non omnes res deſcriptæ, ſed quædam omiſſæ reperiuntur.

Digitized by Google

THESIS II.

§. 1.

QUia verò turpe eſt determinare prius velle, quàm terminos intelligere, & teſte Galeno ſine nominis explicatione rem velle cognoſcere, aliud nihil ſit quàm tempus terere, *lib. 1. de method. cap. 2. & 3.* ideò Juris Conſultos tam veteres imitans quàm coævos, quorum in expiſcandâ verborum derivatione inſignis hinc indè patet ſedulitas *Rebhan in Epiſt. dedicat. Hodoget. præfixa, l. 2. ff. de damn. infect. pr. inſt. de injur. l. 1. ff. de offic. quæſt. l. 1. ff. de furt. l. 1. ff. de pact. l. 35. §. 1. de mortis cauſ. donat. l. 7. de ſuppell. leg.* & eò maximè, quoniam omnis inſpectio etymologiâ cognitâ planior ſit inventarii Etymon, pauculis exponam,

§. 2.

INventarium ab inveniendo derivari quidam ſibi perſuadent; *ita Roland. à valle d. tr. idq; l. fin. Cod. de bon. vacant.* evincere nituntur *l. fin. C. arbitr. tut. Boër deciſ. 61. col. 3. in fin. Lucas de penna in l. 1. Cod. col. 3. verſ. item inventarium C. de Canon. frument. urb. Roman.* aſt mihi potius cum aliis ex præpoſitione in & ſupini verbo vento, quod ex venio deſcendit, componi videtur, indeque verbum invento, inventare, inventiren / cujus verbi ſignificatio eſt, rem perquirere & tenere, ne quid ex facultatibus pereat. *ita Porcell. in tr. de invent. in pr. Colleg. Arg. de acquir. vel omitt. hæred. Th. 31.* dicitur alio modo repertorium *l. 7. pr. ff. de adminiſt. & peric. tut. gloſſ. in verb. inventaria in C. quia contingit in §. illi de Religioſ. Dom. Abb. in C. Raynald. n. 13.* interdum ſynopſis bonorum *l. 5. §. 11. de rebus eorum qui ſub tut. vel cura.* deſcriptio bonorum *l. 7. C. de bon. proſcript. l. 15. de bon. auth. jud. poſſit.* jura enim civilia quàm canonica duobus hiſce vocabulis inventarii, ſcilicet, & deſcri-

ptionis

Digitized by Google

ptionis bonorum paſſim promiſcuè utuntur, unumque pro alio multoties uſurpant, idque fecit Imperator noſter in *d. l. 7. C. de Nov. 134. cap. 3. Novell. 1. cap. 2. circa fin. ubi gloſſ.* deſcriptionem pro inventario ſolenni intelligendam reputat, *Eſcobar. de Ratiocin. cap. 9. n. 64.*

§. 3.

QUandocunque ergo in hacce materiâ lex de hærede, tutore, curatore, Epiſcopo, parocho eccleſiæ, hoſpitalario, aliisque, qui publicam quodammodo adminiſtrationem habent, loquitur, etiamſi deſcriptionis meminerit, de ſolemni inventario, coram Notario ſcilicet & teſtibus conſcripto, ſecundum formam à lege præſcriptam, intelligitur, eò quòd præcitatæ perſonæ ad ſolemnem inventarii conſcriptionem ex diſpoſitione legis obſtringuntur, Idem *Eſcobar. de ratiociniis c. 9. n. 65.*

§. 4.

E contrario quotiescunque de Fiſco, œconomo, depoſitario, procuratore, negotiorum geſtore, uxore, in bonis mariti retentionem habente, patre, tutore filii, & ſimilibus, qui privatâ quodammodo adminiſtratione defunguntur, licet de inventarii vocabulo fiat mentio, de ſimplici bonorum deſcriptione venit intelligenda. *Munnoz. de Eſcobar. cap 9. n. 66.* conveniunt namque tam ratione finis, *idem Munnoz. d. cap. 9. n. 64.* quàm ratione modi conſcribendi & effectus *Arius Pinell. in l. 1. 2. part. n. 23. & 24. C. de bonis matern. Garſias de expenſ. cap. 11. n. 65.* utcunque in ſolennitate maximè differant, *Munnoz. d. cap. 9. n. 64. & 67.* in utroque enim bona ſunt deſcribenda (1.) candidè, (2.) clarè, (3) liquidò & ſigillatim, & denique ita diſtinctè ut absque ullo probationis onere evidenter manifeſtèque appareat, quid quantum quis receperit, *Munnoz de Eſcobar. d. l. n. 67.*

THESIS III.

§. I.

VIſa tam inventarii definitione quàm diviſione cæterisque pertractatis, principaliter ratio introducti inventarii impulſiva ut cognoſcatur, eſt neceſse; parum enim eſſet legem condere, niſi cur conderetur, cauſa ſubeſſet, & tres poſt *Boër. deciſ. 61. Arium Pinell. in l. 1. Cod. de bon. matern.* noviſſimè *Roland.* refert opiniones, quibus miſſis plures rationes introducti Juſtinianei inventarii conſiderandas mihi perſuadeo, queis primò favorem publicum accenſeo; quàm maximè enim reipublicæ ultimarum voluntatum elogia deſideratum à prædefunctis effectum ſortiri intereſt *l. 5. ff. teſtam. quemad. aper.* pariter ut plurimùm refert, ut ſua res cuique conſervetur § *fin. Inſt. de his qui ſui vel alieni juris,* quippe juſtitiæque fundamentum eſt, ut unicuique ſuum tribuatur *l. 10 ff. de juſt. & jur.* Secunda itidem motiva introducti inventarii Ratio teſtatorum favor non poteſt non aſſignari: quàm mirum enim in modum lex teſtatoribus faveat magis, quàm ut demonſtretur per integros *ff. lib.* affatim pateſcit ut videlicet cum ſe morituros non neſciant, hoc levamine perfruantur, diligendi eos heredes, quos prædilexerint *l 1. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Klöck. Conſ. 42. num. 232. vol 2. Brunn. ad mod. d. l.* quibus non incongruè conſentit quod relinquens in ultima voluntate benigni animi ſpecimen præferat: Laudabilius quid enim eſt quàm ſuum dilargiri & liberalitatem præſertim in benè merentes amicos & conſanguineos exercere *l. 25. § 11. ff. de pet. hæred.* unde vulgare illud enaſcitur propter benè merita legatariorum relicta cenſeri legata *l. 9 ff. pro ſoc.* ſed legata & fideicommiſſa cæteraque ultimarum voluntatum emolumenta certiùs expeditiusque ſecundum morientis conſilium, redactis

in

in inventarium rebus hereditariis præſtari facilè poſſe quis dubitabit.

§. 2.

ACcedit hiſce legatariorum & fideicommiſſariorum favor, quippe cum ex defuncti elogio liberalitatem promeruerint, fraudibus & intempeſtivæ hæredum avaritiæ minimè ſunt ſubjiciendi, id quod per quàm manifeſta argumenti hujus evidentia dilucidat, quod legata & fideicommiſſa particularia merum afferant lucrum, omni onere penes heredem remanente *l. 32. ff. mandati* quod quàm facilè quoties facultates hereditariæ repertoriis deſcriptæ fuerint, conſequuntur.

§. 3.

AFfinis præcedentibus creditorum hereditariorum favor accenſetur: Enim verò ut creditores ad unguem ſuum à quocunque debitoris ſucceſſore conſequantur, eſt neceſſe: quàm gravè quippe ſit, fidem fallere, atque illos, qui libenter contraxerunt, pecuniamque ſuam vel aliud in alios tranſtulerunt, decipere, cuilibet natura dictitat *l. 1. ff. pr. de conſtit. pecun.* quibus perpenſis ſaluberrimo inventarii beneficio creditoribus Juſtinianus conſuluit, ut in eo res ſibi obnoxias quàm primùm reperiant, quemque conveniant, mox habeant, *l. 1. pr. ff. de ſucceſſ. edict.* Equidem præfatas haſce rationes quandam ponderis gravitatem docere confiteor, iisdem tamen Juſtin. ſolummodò motum fuiſſe dubito, ſanè in jure noſtro non infrequenter ita reperitur, & in aliis pleriſque etiam ſcientiis, ut ratio vix genuina reddi queat, fatente id ipſo Juliano *l. 20. ff. de leg.* adeò ut ſæpenumero dici conſueverit, ſufficit pro ratione voluntas *l. 4. ad SCtum Trebel. ibiq. Brunn.* Sed utcunque ſit, (nec habitâ ſimpliciter Klockii *vol. 4. Conſ. adopt. 91.* opinionis ratione itidem ex eo, ne hæredes in ſubtrahendis vel

 ſup-

ſupprimendis rebus hæreditariis maximè mobilibus fraudem committere poſſint ſentientis) ſpecioſiorem, opinione meâ, prætactis tamen conniendam ſubjicio. Videlicet hæredis favore fuiſſe introductum ne ultra hæreditatis vires teneatur, ſentiatque damnum unde lucrum facere ſperat *l. fin. pr. §. 4. §. 10. §. 4. Cod. de jur. deliberandi* juncta *gloſſ. in verb. periculo Pariſ. conſ. 33. n. 91. vol. 3. Weſemb. lib. 28. n. 6. Graſſ. in tract. de invent. Porcell. eod. c. 3. n. 25.* Hæc de hæredis, nunc ad minorum pupillorumque inventarium reſpiciendum, cujus

§. 4.

NOn abſimili favore confectio fuit introducta: ſanè cùm ſumma poteſtas pro reipublicæ proſperitate de educatione defunctorum civium liberis pupillis, minoribus, aliisque communi bono pro proficuis proſpiceret, *tot. tit. D. & Cod. ubi pupill. educari vel mor.* pro publico & virili munere *l. 9. de his ſui vel alien. jur. l. 16. de tut. l. 6. §. 15. eod. l. 2. de L. 1. ff. eod.* ſubditis ſuis tutelæ, curæve onus ex plenitudine poteſtatis injungeret, ut ita qui ætatis perfectæ non ſint, alterius auxilio regerentur *§. 6 Inſt. de Attil. tutor.* aut licet ejusdem forent, bona tamen ſua tueri non valerent, curatoris ſubſidio adminiſtrarentur *pr. Inſt. de curat.* ejusdem adminiſtrationis intuitu, ne in facultatibus pupillorum minorumve graſſandi anſa præberetur, ſed omnis potius occaſio & ſupprimendi malignitas reſecaretur, repertorium iſtud fuit adinventum, quod atque tutor factus eſt, conficere tenetur *l. 24, cod. de adminiſt. tutel. Montan. de tut. cap. 32. n. 29. Gutierez de tutel. p. 2. cap. 1. n. 10.* adeò ut ſi de prædictorum pupillorum bonis, niſi facto prius inventario, quid adminiſtraret, ejusmodi actus tutoris nulli ſint, & gerendi inutiles ratione ejus, quod non adminiſtrat cum Decreto, quod non facit inventarium, *Heeſer. loc. 6. n. 9.*

Faber

Digitized by Google

Faber in Cod. lib. 5. tit. 25. ac tanquam ſuſpecti criminis reus removendus atque infamiæ notam incurrat *l. ult.* §. *1. cod arbitr. tut. ibiq; Brunn. Gutierez de tutel. cap. 1. p. 2. n. 17. & 18. 19. & n. 23. 57. Montan. de tut. n. 43. & 44.* imò in ſuſpicionem furti rerum pupillarium incidat, ejusque cauſam in carceribus dici debere tenet *Roland. à vall. in ſæpè dicto tr. Heeſer loc. 6. n. 83. Gutierez cap. 1. p. 2. n. 29. Paul. Mont. de tut. c. 32. n. 45.* Quod adeò verum eſt, ut nec cœptum ſufficiat, *d. l. ult.* §. *2.* in verbis, facto invent. *Specul. in tit. de tut.* §. *generaliter facit autem &c. & verſ. ſeq.* quæ ratio, eò quod in cæteris rerum alienarum adminiſtratoribus militet, ſuadente eodem publico favore, ne ſcilicet ſubtrahere aut graſſari in rebus commiſſis poſſent, inventarii aut deſcriptionis ſaltem confectio, pro adminiſtratorum qualitate, obtinuit *l. 32. ad l. aquil.* utpote cum per eam rationis redditio facilior efficiatur, & adminiſtratorum ſeſe locupletandi libido compeſcatur, *l. 1.* §. *3. de tut. & rat. diſt. Boër. deciſ. 61.* velut fundamentum rationum reddendarum *Carpz. p. 2. Conſt. 11. def. 4. n. 3. & def. 6. n. 3. p. 2. Conſt. 25. def. 14. n. 7. p. 2. Conſt. 33. def. 7. n. 4. Gail. Brunn. & alii.*

THESIS IV.

§. 1.

Cæterum cum Imperator §. *fin. Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* perhibeat parum eſſe jus noſſe, ſi perſonæ, quarum cauſa conſtitutum, ignorentur: inde de perſonis, ſeu ſubjecto, inventarium vel deſcriptionem bonorum conficienti, ac deinceps edenti, propter perſonarum cohærentiam, conjunctim hic pertractabo. Conficere & quorum intereſt edere tenetur inventarium omnis adminiſtrator poſſeſſorve reddendis rationibus aut lege, pacto aut conſuetudine aſtrictus *Munoz de Eſcobar. de ratiocin. cap. 9. n. 14.*

Carp.

Carpz. p. 3. conſt. 33. def 7. n. 2. & p. 3 deciſ. 265. Mev. p. 5. deciſ. 250. & p. 6. deciſ. 180. Heeſer de rat. red. l. 6. n. 61. & ſeq. Knipſchild de fideicommiſſ famil. illuſt. c. 12. n. 9. Sanz. de diviſ. bon. Montan. de tut. cap. 32. reg. 5. n. 73. Roland. à Valle de inventario p. 2. quaſt. 37. Weſemb. conſ. 3. n. 47. qui autem ad rationes reddendas obligati ſint, fusè tractat *Heeſer loc. 1. Munnoz. cap. 3. Gutierez p. 3. cap. 1. n. 9. & paſſim DD.* eſt enim ut dictum, caput ac fundamentum rationum reddendarum *Heeſ. d. l. 6. n. 2. Munnoz. d. cap. 9. n. 2. Gail. lib. 2. obſ. 138. n. 6. Bart. & Caſtrenſ. in l. cum tale §. 1. de cond. & demonſtrat. ff. n. 2. Bald. in l. fin. Cod. de jur. delib. § cum igitur col. 5 verſ. item quaritur.* & principaliter propter rationes introductum *Bened. de Peruſ. in 6. Dub.* cum dicit, quod is, qui ad rationem reddendam non obligatur, per conſequens etiam non teneatur ad inventarium *alleg. l. 32 C de Epiſcop. & cler.* & idem docet *Specul. in tit. de inſtr. edit. §. num aliqua verſ. ſed an ſimplex.* ubi dicit, fruſtra fieri inventarium, ubi ratio non reddatur, quippe quod per ipſum ſecundum prædicta rationis redditio faciliteur *d. l. §. 3. ff. de tut. & rat. diſt. Bocr. deciſ. 61.* ubi concludit, quod inventarium dicatur caput omnium rationum, quod ſimplices adminiſtratores conficere tenetur *l. 3 C. de Epiſc. & cler. nov. 131. cap. 15.* abſque quo de receptis, & eorum augmentis, ac decrementis, qualitate & quantitate, conſtare nequit, *Montan. de tutel. cap. 32. Leg. 6. n. 8. Treutl. conſ. 98. n. 13. Chriſtin. tit. 16. art. 40. n. 3. Berlich. part. 2. concl. 12. n. 21. Carpz. p. 2. c. 11. def. 4. n. 3. & conſt. 25. def. 14. n. 7. & lib. Reſponſ. 21. n. 10. Richt. deciſ. 13. n. 25.* adeò ut ſi hoc neglexerit is, à quo rationum redditio poſſit exigi, accuratam ſuæ geſtionis rationem ſeu fundamento, cui rationes innituntur, deſtitutus, nequeat exhibere *Gutierez de tut. p. 3. c. 1. n. 50. Heig. p. 1. q. 20. n. 8. Richt. deciſ. 13. n. 25.* Obligati itaque ſunt adminiſtratores rerum uni-

Digitized by Google

univerſitatis, communitatis, &c. inventarium deſignationemve conficere iisque univerſitatem, &c. repræſentantibus ad inſtantiam edere *Stephan. de jurisd. 2. p. 2. c. 2. n. 157. & n. 153. l. 4. C. de Epiſc. & cler. l. 2. §. 2. ff. de adminiſt. rer. civit. ibiq; Brunn. n. 10.* quibus quoad rationes reddendas accedunt magiſtratus, rectores *d. l. 4. Cod. de Epiſc. & cler. l 2. de adminiſt. rer. civit. Brunnem. ibidem n. 10. & ad l. un Cod. de ratiocin. oper. Munnoz. cap. 3. n. 10.*

§. 2.

COnnumerandi ſunt his orphanotrophi, Rectores ſcilicet hoſpitalis, ii enim cum ſint pupillorum quaſi curatores, & quaſi adminiſtratores adultorum, ad confectionem inventarii tenentur *d. l. 32 nov. 131. cap. 15.* Eccleſiarum œconomi *Carpz. 1. def. conſiſt. 157. n. 4. & 2. def. 314. n. 7. & def. 316. n. 2. reformat. polit. de anno 1548. tit. 31. §. 4. & anno 1577. tit. 32. §. 4.* cum enim hæ res in dominio eorum non verſentur, atque ita alienæ ſint eas inventarizare, ut loquuntur, atque conſcribere ipſismet incumbit: quin imò etiam fiſcus de bonis proſcriptorum rationem reddens ab onere conficiendi inventarii non liberatur *l. 7. Cod. de bonis proſcript. Munnoz. cap. 9. n. 8.*

§. 3.

IDem quod de præcedentibus, dicendum de privatarum rerum adminiſtratoribus, quippe cum & hi rationibus reddendis atque ita reſtitutioni faciendæ ſint obnoxii, inventarium conficere atque Dominis poſtmodum edere non detrectabunt. Ad ejusdem confectionem igitur coguntur tutores tam teſtamentarii quàm dativi *l. 24. ibiq; Doct. C. de adminiſt. tut. l. fin. §. 1. C. arb. tut. l. 2. de auth. tut. l. 7. ff. de adminiſt. & peric. tutor. Brunnemann ad l. fin. C. arb. tut. n. 4. Mynſing. cent. 6. obſ. 39. n. 2. Richter deciſ. 13. n. 25. & deciſ.*

 58. n.

Digitized by Google

58. n. 8. Receſs. Imper. de Anno 1577. tit. 37. §. 3. Mev. p. 2. dec. 8. Gutierez de tutel. cap. 32. n. 1. n. 3. Borgnin. Cavalcan. de tut. & curat. num. 57. qui ſi omiſsâ ejusdem confectione res pupilli attigerint, dolo malo id feciſſe præſumuntur, & tanquam ſuſpecti ab officio removentur *Brunnemann. ad L. 7. ff. de adminiſt. tutel. Schneid. ad tit. de legit. agnator. tut. n. 15. Brunnemann. d. l. 24. C. Cavalcan. d. tr. tut. & curatore n. 59. & 60.* imò aliis ſubinde pœnis plectuntur *l. 1. §. fin. ff. de ſuſp. tut. Brunn. ad l. ult. Cod. arb. tut. Receſs. Imp. 1584* von Pupillen. *Mynſing. cent. 6. obſ. 39. Carpz. p. 2. c. 11. def. 6.* adeò ut contra legitimum etiam delata à lege tutela eaque non adminiſtratâ ad edendum inventarium agi, vel in litem etiam jurari poſſit *Caval. de tut. & cur. n. 61.* quippe cum idem jus ſit in legitimo, quod in teſtamentario atque dativo tutore, legisque legitimum ſcil. conſtituentis *pr. Inſt. de legit. agn. tut. leg. 1. pr. l. 5 ff. de legit. tutor.* eadem, quæ teſtatoris ac judicis ſit poteſtas, meritò, nî contra ſe in litem jurari velit *l. 7. pr. ff. de adminiſtr. & peric. l. 8. ff. de in litem jur. l. 4. cod. eod. Brunn. ad l. 1. C. de in litem jur. Dn. Lauterb. in ff. eod. §. 2. n. 11.* ad editionem inventarii ſecundum prædicta tenebitur, tutorem quippe non de malè adminiſtratis tantummodò, ſed de neglectis inſuper teneri, plusquam notorium eſt, atque legibus undique deciſum *l. 29. Cod. de adminiſt. tut. & Brunn. ad l. 1. & 2. Cod. ſi tutor vel curat. non geſſ.* Procedunt prædicta de inventario in tutore falſo, *l. pen. pr. & l. ult. ff. quod falſ. tut. geſt. Manz. p. 2. tit. 6. num. 26. de tut. Dn. Lauterb. ad hunc tit. pro tutore. Manz. de tut. p. 1. tit. 1. num. 125.* cum eandem fidem atque diligentiam, quam tutor præſtare debeat, *l. 4. de eo qui pro tutore. Lauterb. ad eundem Struv. ſynt. jur. Civil. Exerc. 31. th. 72. Weſemb. in ff. n. 2. de eo qui pro tut. vel curat.* atque ex adminiſtratione actione pro tutelæ ſit obligatus *l. 1. pr. l. 4. eod. qui dari tutor. Struv. d. l.* Extendi-

tendi-

Digitized by Google

tenditur hæc aſſertio & ad tutorem priore vel mortuo vel hoc onere, juſtâ ex causâ, tutelæ depoſitò, in tutelâ ſubſequentem, qui licet ad inventarium rerum pupillarium, quæ quantæque primi tutoris tempore fuerint, non cogatur, quæ tamen tempore demandatæ poſtmodum tutelæ adfuerint, ritè deſignare ac deſcribere debebit, & reditus quos prædeceſſor ſuus percepit nondumque reſtituit inventario ſuo inferre *Carpz. lib. 5. tit. 8. Reſp. 74. n. 10. & ſeq.* atque à ſuo prædeceſſore ejusque hæredibus rationum redditionem poſtulare neceſſum habet, niſi negligentiæ argui atque ad intereſſe teneri velit, perinde acſi inventarium non feciſſet vel ſaltem non ſolemne ac legitimum, *Faber in Cod. lib. 5. tit. 31. def. 6. n. 1. per l. 37. §. 15. l. 44. ff. & l. 1. Cod. de adminiſt. tut.*

§. 4

HUjusmodi conficiendi repertorii cura tutoribus honorariis, cum iisdem ſolvi poſſit, & communionem in tutela habeant. *l. 14. §. 1. de ſolut. & lib. Brunn. ad l. ult. Cod. arb. tut. Munnoz. cap. 9. num. 5. Gutierez. de tut. p. 2. C. 1. n. 53. gloſſ. in verb. feciſſe videtur in ſæpe d. l. 7. & ibid. Bart. n. 3.* non immeritò incumbit *Gutierez de tut. p. 2. c. 1. n. 53. Montan. de tut. cap. 32. n. 3. Pariſ. conſil. 84. n. 19. & coiter DD. in l. tut. qui repert. 7.* licet enim non gerant, omnino tamen judicio tutelæ tenentur, *l. 3. §. 2. de adminiſt. & peric. tutor, ibiq. Brunn. §. 5.* Idem de tutore in locum abſentis dato conſtituendum *Bartolus in l. qui repert. Porcellin. tract. de invent. cap. 2. n. 15.* in matre proinde & aviâ quæ tutrices & liberorum nepotumque conſtituuntur locum habet *Gutierez de tut. p. 2. cap. 1. n. 11. & 15. Montan. de tut. cap. 32. n. 24. 25. 26. 27. 28. Nov. 94. in fin. Brunn. ad l. ult. Cod. arb. tut. n. 4. Carpz. p. 2. conſt. 11. def. 5. & 7. Colleg. Argent. tit. de adminiſt. & peric. tut. th. 11.* adeò ut mater inventarium facere negligens &

Digitized by Google

tutorem non petens, liberorum ſucceſſione privetur *Gutierez. de tutel. part. 1. cap. 15. n. 74. Gabriel. concl. 1. de tut. n. 27.* imò uſufructu & donatione propter nuptias, *Montan. cap. 32. reg. 5. n. 27. de tut. & cur. Bald. in auth. eisdem pœnis C. de ſecund. nupt. ubi dicit quod mater incidat in pœnas dicta authen. ſi deficiat in uno ex tribus requiſitis, id eſt petere tutorem rationem non reddere vel reliqua non reſtituere,* quod & in matre non tutrice liberorum, ſed hæreditatem mariti ad liberos pertinentem ſolummodò occupante & adminiſtrante obtinere tradit *Carpz. 6. reſp. 69. Berlich. deciſ. 289. num. 1.* Porrò quæ de tutore hactenus recenſita de curatore quoque convenienter ſtatuenda ſunt, appellatione enim tutoris curatorem comprehendi docet *Gail. l. 2. obſ. 96. n. 6. Montan. de tut. & curat. cap. 1. n. 14. Cavalcan. de tut. & curat. n. 328. l. 2. §. ſi mater ff. ad SCtum Tertull. Montan. d. l. cap. 29. n. 4. l. 101. §. 2. ff. de condit. & demonſt.* nec poteſt ſe ſe juvare inventario ab alio, quàm à ſe confecto tempore tutelæ curæve ſibi demandatæ *Munnoz. cap. 9. n. 33.* quanquam quod paternæ mortis tempore, per judicem, hæredem *Berlich. deciſ. 298. n. 7.* creditoresve paternos fuerit etiam confectum produceret *Munnoz. d. c. 9. n. 23. Heeſer d. l. n. 86. Berlich. deciſ. 289. n. 8. Gutierez. de tut. p. 2. n. 81. Cavalcan. de tut. n. 108. Cæpoll. conſ. 228. Cothman. & alii.*

§. 5.

AD ſimilem inventarii confectionem rerum defuncti relictarum ejuſdemque editionem tam reſpectu creditorum ac legatariorum quàm cohæredum obligatur hæres *l. fin. §. pen. verſ. ſi quis autem tam temerario &c. Cod. de jur. deliber. Carpz. p. 3. conſt. 33. def. 6. Colleg. Argent. tit. de acquir. vel omitt. hæred. Th. 31.* nec heres ex teſtamento ſolum *d. l. fin. §. 1. Weſemb. conſ. 3. n. 47. Berlich. deciſ. 160. n. 5.* ſed etiam ab inteſtato *d. l. fin. §. 1. & modo alleg. DD.* ſive ex aſſe ſive

parte

Digitized by Google

parte ſuccedens *d. l. fin. §. 1. Berlich. d. l. n. 5.* *Weſemb. d. conſ. n. 47.* plures hæredes, niſi conſentiant ut unius nomine omnium conficiat, unusquisque ad inventarium obligabitur *arg. text. l. 4. §. 9. de fid. libert. l. 21. §. 5. de nov. oper. nunc. l. 6. de edendo. Cyn. ad Cod. in d. l. fin. in pr. col. 2. verſ. quæritur.* Obſtrictus etiam eſt fiduciarius hæres non tantum ad confectionem & editionem rerum fidei ſuæ commiſſarum, ſed etiam cavere tenetur de fideicommiſſis præſtandis *Struv. ſyntag. civil. Exerc. 36. Th. 35. alleg. l. 45. ad Sen. Trebell. circa fin. Sand. deciſ. Friſic. 5. tit. 3. def. 4. Faber lib. 6. cod. tit. 27. def. 25. Heeſer d. l. n. 124. Carpz. part. 3. conſt. 8. def. 39. Munnoz. cap. 9. n. 6.* idque non ſolum primus ſed & ſucceſſores *Struv. d. l. Th. 40. & alleg. l. 69. §. pen. de leg. 2. Vincent. Fuſar. quæſt. 512. n. 1. & ſeqq. quæſt. 515. n. 5. Vid. Peregr. art. 3. n. 29. & art. 45. n. 10.* alioquin de bonis fidei commiſſo ſubjectis vix certus fieri poterit fidei commiſſarius, cujus multum intereſt in ſui præjudicium nihil alienari *DD. in l. ult. C. arb. tut. & in l. tutor qui repertorium 7. in pr. de adminiſt. & peric.* neceſſe tamen non eſt ut inventarium juxta *l. ult. C. de jur. de lib.* diſpoſitionem ſolenne conficiat *Caſtrenſ. in l. cum tale ff. de tut. & rat. diſtrahend. Ruin. conſ. 159. num. 25. vol 3. ubi dicit Quod ſane intelligendum de quadam deſcriptione non de illo inventario, de quo loquitur l. fin. C. de jur. delib. Pariſ. conſ. 45. n. 21. vol. 3.* ſed tale, ex quo de quantitate bonorum conſtet, ſufficit *Heeſer d. l. n. 127. Carpz. p. 3. c. 8. def. 39. num. 5.* idque ſumptibus fidei commiſſarii non hæredis *Carpz. d. p. 3. c. 8. d. 39. Knipſch. de fideicom. fam. nobil. cap. 12. num. 12. Roland. à Valle de invent. p. 2. quæſt. 19. n. 1. & in fin.* & quidem fideicommiſſariis vel tribus proximioribus præſentibus, qui ejusmodi deſcriptionem non propalare cavere debent: non enim facit fidem niſi reſpectu hæredis & ſubſtituti ſeu fideicommiſſariis non creditorum & legatariorum *Quido Pap.*

Digitized by Google

deciſ.351. Roland. à valle p.2. q.19. n.3. Octavian. in deciſ.247. col.21. verſ, neque obſtant,

§. 6.

PОrro fideicommisſarius cum locum heredis teneat, *l.5. §.1. ff. quod cum eo. l.44. §.1. ad Stum Trebel. l.11. ubi gloſſ. lit. H. ff. de legatis 1.* etiam in deliberando, cui beneficio ſubſtitutum inventarium. *l. fin. §. ſin autem dubias p. §.11. verb. de liberatione Monticul. ibidem l.11. ff. de leg. 1. ibique gloſſa ſingularis* & in actionibus ſuſcipiendis etiam, inventarium conficere debet *Schneid. ad §.5. inſtit. de hered qual. & differ. n.20.* eo quod ex rebus defuncti fidei commiſſo obnoxiis æs alienum perſolvi debeat *Carpz. p.3. c.8. def.34.* atque inde ob id fidei commiſſarius creditoribus obligetur.

§. 7.

HEreditatis poſſeſſorem ſeſe immiſcentem & ad miniſtrantem petitori, isque quorum inter eſt inventarium edere æquum eſt *l.15. ff. de reb. author jud. poſſid. Mev. part.2. decis.245. Richt. decis 58. n.1. Carpz. p.3. C.33. def.6. & 0. Reſpons.65. n.1. & 66. n.1. item Reſp.69. n.1. Berlich. 2. deciſ.160. n.3. & ſeq. & 2. deciſ 289. n.1. Heeſ. d. l. n.105. Weſenbec. conſ.3. n.47. & conſ. 41. n.38. etiam* cohæredi *Mev. part.2. deciſ.245.* portionis tamen inventarium, quæ ſibi per repudiationem alterius cohæredis accrevit, ſi ex primo in ventario veritas omnium rerum inhæreditate exiſtentium appareat, conficere non obligabitur: ut enimi pſo jure augetur portio itaquoque ipſo jure in ventarium augebitur, atque ut nova neceſſaria non eſt aditio hereditatis ita non videtur neceſſarium in ventarium novum: imò alieno nomine poſſidens licet hereditatis petitione non convenitur ad inventarii editionem obligatus eſt iis quorum quoquo modo intereſt *Mev. part.5. deciſ.292. & deciſ.359. n.7.* Procedunt prædicta de herede milite.

Digitized by Google

lite. *Novell. 1. cap. 4.* §. 2. principe, *Roland à Valle in tract. de invent & auth. 1. cap. 4.* §. *2. verſ. imperiali* in fiſco herede inſtituto *Sichard ad l. fin. n. 7. de jur. delib. Colleg Argent. de acquiis vel omitten. hered Th. 13.* §. *pen. in auth. de hered. & fulcid.* in Eccleſia *d. Colleg. Gloſſ in cap. 1. de teſtam. & in cap. 1. de ſolut. text in* §. *fin. in auth. de hered. & falcid. Salycet in auth. cum teſtator Cod. ad l. Falid. ubi dicit ipſam authent. locum habere in Eccleſia herede inſtituta*, adeò enim ad inventarium tenetur heres ſi, ejuſdem beneficio frui velit, ut eundem non juvet inventarium à tutoribus confectum Nobiliſſ. Dominus. Joh. Henr. Kleinſchmied *in Exercit. inaug. jurid. ſect. 15. circa fin. Berlich decis 289. n. 9 & ſeq.* nam aliud eſt inventarium heredis & aliud tutorum & curatorum quæ inventaria interſeſe multum differunt & in cauſa, & in forma & effectu finali *nobiliſſ. Dominus Kleinſchmid d. Exer. inaug. Bald in l. ult.* §. *cum igitur Cod de jure de liber. verſ. quia talia inventaria n. 9.* unde de uno ad aliud non infertur *Paulus de caſtro conſ. 445. incip. circa primum n. 1. ſub fin. verſ. unde de uno p. & ſeq. vol. 2. Heeſer. d. l. 6. n. 88. Cavalcan. de tut. & curator n. 108. Weſenbec. conſ. 3. incip. in præſenti n. 30. verſ. unde concluditur*, etiam ſi heres ſit pupillus *modo laud. nob. Dominus Kleinſcmid d. Exercit. Capoll. veronenſ cautel. 226. n. 2. verſ. dicas quod non. Berlich. decis. 289. n. 10.* inventarium namque incipi debet per heredem; quod in tantum verum eſt ut dicat *Bald. in d. l fin.* §. *cum igitur* quod etiamſi ipſemet teſtator paulò ante mortem bonorum ſuorum inventarium confeciſſet eiuſdem prætextu heres teſtatoris contra creditores ſeſe nequeat tueri *Munoz de ratiocin. cap. 9. num. 19.* quin tamen ſubſtituto pupillari inventarium à pupillo confectum quoad creditores paternos cœteràque onera hereditaria proſit, non eſt dubitandum ut ut tanquam novus pupilli heres ad legata forte ſecundis tabulis relicta aut à creditoribus conveniri poſſit

Bald.

Bald in l. fin. §. cum igit. & l. 1. col. fin. Cod. de bon. auth jud. poſſid. ita Nobiliſs. Dn. Kleinſchmid. Exercit. inaug. ſect. 13. eff. 4. econtra pupillo herede abſque inventario decedente ejus ſubſtitutus ſi poſt mortem pupilli in ætate pupillari adeat hereditatem nec procurans ex perſona illius ut ex transmiſſa ad ſe in integrum reſtitutione poſſet *l. non ſolum ff. de in integr. reſt.* inventarium facere ſed ex propriâ conficiat, legata hereditatis paternæ ſolida præſtare nec prædictum inventarium ſubſtituti, eorum reſpectu relevare tenet. *Bart in d. l. in ratione §. quod vulgo. ſ. verſu quid ſi pupillus, n. 4.*

§. 8.

SI inſtitutus in primo gradu inventarium confecit & adverſus aditionem vel immixtionem reſtitutus fuerit, id inventarium ſubſtituto vulgari minimè proficit, eo quod per reſtitutionem habetur per inde ac ſi non adiviſſet & inconſequentiam quaſi inventarium non confeciſſet, *l. quod ſi minor 24. §. 4. de minor.* inſtituto tamen ſi pendente conditione inventarium c nfecerit poſteaque conditio extet, proderit confectio *arg. l. 2. §. ſi ſub conditione ff. de bonor. poſſ. contr. tab. Francis. Porcellin. tr. d. cap. 2. n. 21.* Sic quoque heredis inventarium univerſali fidei commiſſario quoad effectum excepti nis, ſecus quoad actionis proficit *Porcellin. in tract. de invent. cap. 2. n. 22.* etiam abſque ceſſionis interventione, licet enim, quando de actione ex facto heredis quæſita, tractatur, ceſſio requiratur, aliter ſe tamen habet quoties de exceptione quærenda agitur *l. reſcriptum 10. §. 2. cum l. ſeqq de pact. l. ſicut 8. §. 1. quibus modus pign. vel hypoth. ſolvit.* quando quidem jus excipiendi etiam in non ceſſum tranſeat. *l 3. de jurjur. arg. l. 17. ſi tibi §. 6. de pact. vid. nobiliſſ. Dn. Kleinſchmid in ſæpe alleg. Exercit. inaug. ſect. 13. eff 3.* contra inventarium tutoris, à tutore pupilli confectum, cui delata hereditas, in eo licet hereditatis

Digitized by Google

ditatis bona deſcripta ut pro duplici tutoris & heredis inventario cedat, ſecundum prædicta pupillo neutiquam proficit *Cavalcan. de tut. & curat n. 180. Berlich. deciſ. 289. n. 11. Gutieret us part 2. cap. 1. n. 49. Porcell. in tract de inventa. cap. 2. num. 21.* ut ut, ſi iisdem, quibus heredis inventarium valuerit ſolennitatibus evidenterque modo dictam confectionem pupillo non nocivam conſtiterit, æquitatem rigori juris prætereundo, prodeſſe dici queat. *cum Porcellin. d. tract & num. Cæpolla Veronenſis in ſua cautel. 216. Cavalcan de tut & curat. num. 180. Gutieretus de tut. part. 2. cap. 1. n. 49. diſſentit quodamodo Nobilis. Dn. Kleinſchmid Exerc. inaug. ſect. 15. circa fin. Et* licet majorem dubitationem ea caſu habere videatur quando tutor vel curator nomine proprio vel ſimpliciter inventarium conficiat, cum indubio id ratione officii & obligatione ſui ipſius quo ad ſuos minores, non vero pro ſuis minoribus quo ad ſuos creditores paternæ hereditatis, facere præſumatur, idem tamen quod præcedenti caſu ſtatuit Gutieretus. uſus rationibus non contemnendis. Similiter inventarium ceſſionarii heredem non adjuvat, quippe id conficiendi beneficium ſoli heredi conceſſum eſt inque eiusdem electione poſitum, id conficere velit, an non: eique cum modis & conditionibus *d. l. fin. Cod. de jur. delib.* conceditur: ſicut enim jus eligendi vel poteſtas ejus in alternativis in ceſſionarium non tranſit eo quod poteſtas hujus modi principalis ſit *l. 75. §. 3. delegat. 1.* ita jus conficiendi inventarium, vivo herede non eſt ceſſibile, niſi factum trans miſſibile, ſi vero facto inventario hereditas ceſſa ſit, vel cum inventarii beneficio vendita, quod iſtiusmodi jus heredi quæſitum, ſit ceſſibile admittitur.

§. 9.

PORro ſi judex ex officio defuncti bona inventet, herede forſan ignorato, aut abſente, abs herede ſuperveniente

D illud

Digitized by Google

illud intra conficiendi tempus, ſi beneficio ejusdem frui velit ratificandum *Munnoz cap. 9. n. 21. de ratiocin.* Redeundo igitur ad propoſitum a quo aliquantulum digreſſi ſumus ſed non inutiliter, perſonis nempe conficientibus ac edentibus inventarium obſervandum eſt uſufructuarium, ut apparere poſſit an & quatenus pejorem rem fecerit aut modo debito reſtitutio fiat, qualis res ſit, cum frui incipit in teſtatum redigere atque ad proprietarii inſtantiam edere tenetur *l. 1. §. 4. uſufruct. quemad cau. Roland à valle tract de inventar. q. 36. n. 48. Struv. Exer. 12. th. 67. Gail. lib. 2. obs. 145. n. 10. Heeſer d. l 6. n. 139. Arius Pinell. ad l. 1. C. de bonis matern* adeo ut confectio hæc remitti nequeat *Munnoz cap. 9. n. 48. & ſeqq. l. 1. l. 4. cod. de uſufruct ibique Brunnem. Boer. deciſ. 63. n. 12. Card. Paris conſil. 96. num. 1. vol. 2. verſ incipit an mater relicta. idem conſ 61. num. 47. vol. 3. incipit ad verſus teſtamentum. Carpz. p. 3. conſtit. 13. defin. 14. Gail l. 2. obſ. 144. num. 16. & obſ. 145. num. 10. Iaſon. conſ. 40. num. 1. uſque 6. ubi deducit rationes ſane ſpecioſas Clarus recept. ſentent. §. teſtamentam q. 66. num. 2. Faber. ad. lib. 6. Cod. tit. 11. def. 43. num. 2.* eſt enim confectio inventarii neceſſarium antecedens ad ipſam cautionem *Clarus recept. ſentent. §. teſtamentum q. 66. n. 2. Carpzov. d. l. Gail ibidem. num. 11.* facit ulterius quod non valeat pactum contra ſubſtantiam actus vel *contractus. l. 80. de contrah. empt. l. 29. §. 2. pro ſoc. l. 14. 70. cod. l. 12. de precar. l. 27. §. 3. de pact. Munnoz. d. c. 9.* Ad inventarii confectionem præterea obligatur creditor in poſſeſſionem miſſus *l. 1. §. fin. de bon. author.* Bonis deniq; cedens ut de bonorum ſuorum quantitate conſtet eadem mediante inventario & traditione libri rationum indicet eſt neceſſe *Struv. ſyntag. civ. Exer. 44. th. 29.* atque ut concludam regula fere generalis eſt, inventarium conficere, & poſtmodum ad inſtantiam, quorum quoquo modò intereſt edere debere, omnes rei alienæ adminiſtratores atque

que poſſeſſores *Carpz. p. 3. conſt. 33. def. 7. & p. 3. deciſ. 261. Richter. deciſ. 58. n. 1. Heeſer l. 6. n. 61. de ratio. redd.* adeoque & qui rationes reddere ſunt obligati *Gutieretz de tut. p. 2. cap. 2. n. 5.* venit enim confectio inventarii legitimæ adminiſtrationis nomine *Montan. de tut. cap. 32. R. 4. n. 19.* eo quod inventarium debet eſſe caput rationum ſine quo non poteſt confici primum & principale caput libri rationum, quod eſt de receptis *l. cum ſervus. 82. l. cum tale. in princip. ff. 72. de condition. & demonſt. Montan. de tut. cap. 32. n. 18.* qui vero rationes reddere non teneantur aut à confectione inventarii immunes ſint tradit pluribus ſæpe mentionatus *Montan. de tut. Gutierez, Blaſius Altimarus intract de nullitatibus rubro 11. Munnoz. & alii* quo lectorem remitto.

THESIS V.

QUia hactenus diſcuſſum fuit qui inventarium conſcribere ac edere ſint obligati, conſequitur ut nunc de rebus ſuper quibus inventaria conſcribenda, quid dicatur

§. 1

DE forma autem & ſolennitate inventarii ad hoc ut beneficio ejus contra creditores, legatarios & fideicommiſſarios, heres uti poſſit, requiritur, ut deſcribantur omnes res in hereditate repertæ, *l. fin §. 2. ibique Brunnem. C. de jure de liber. Struv. ſynt. civil. lib. 26. tit. 7. th. 36. Porcellin. in tract. de invent. c. 3. in princip. Perez. Schneid. ad §. 5. Inſtit. de hered. qual. & diff. Richter. deciſ. 259. n. 2. & ſeq. Mev. p. 2. deciſ. 286.* per vocabulum rei intelligo tam res corporales quam incorporales *princip. Inſt de reb. corpor. add. §. 1. Inſt. eod.* maximè autem bona immobilia deſcribi debent & deſignari per ſitum, quantitates, qualitates, cohærentias ſeu duos ſaltem proximos confines *l. 4. ff. de cenſ. & not. per gloſſ. in cap. 2.*

Digitized by Google

de lib. oblat. text. in l. 40. ff. de jur. fiſci. Porcellin in tract. de invent. cap. 3. in pr. arg. l. 6. de Rei vendicat l. 18. ff. de furt. Montan. de tut. cap. 32. R. 4. n. 76. Mynſing. Cent. 6. obs. 39. num. 3. & 4. adeo ut ſi de quantitate, qualitate, tum etiam de identitate non conſtiterit perinde ſit atque ſi inventarium ſit omiſſum *Montan. de tut. d. l. n. 76.* & ita conſuluerunt *Caſtr. lib. 1. conſil. 124. & noviſſimè in uſufructuario Cavalcan. in ſuo tract. de uſufruct. mulieri relict. n. 145.* ſimiliter nomina tàm activa quàm paſſiva *l. 50. ff de petit. hered. ut* proinde ſciatur compenſatione factâ quantum iu bonis remaneat *l. 73. ff. ad l. falcid* per heredem veniunt deſcribenda, etiam ſi ſibi heredi quid debeatur, nam rei nomen generale eſt, omnia comprehendens *l. 1. in fin. ſi cert petatur junct. l. fin. §. in computatione 9. ubi loquitur de eo quod ſibi debetur C. de jur. delib.* alienæ quoq; res puta depoſitæ. *Brunn ad l fin ibique Perez n. 9.* poteſt enim & eorum nomine agere & petitione hereditatis conveniri *l. 19. princ. de hered. petit. Porcellin in tract de inventi col. 1. in fin. l. 40. §. 1. in fin. de acquir. vel omit. poſſeſſ.* & licet in bonis non ſint, non tamen ex bonis *l. 2. §. 22. de vi bonor. rapt.*

§. 2.

IN deſcribendis bonis ea, quam tradit Imperator *in l. 7. ſi quis intra C. de bon. proſcript.* adhibenda eſt ſolertia, per pondus ſcilicet, numerum & menſuram, ſuasque demonſtrationes, & qualitates, ipſis bonis convenientes, ita diſtinctè ac clarè, ut nulla obſcuritas deſignatarum rerum in aliquo queat deprehendi, & quisque in inventarii lectura menſuram ſubſtantiæ, à prædefuncto teſtatore relictæ, facilè valeat cognoſcere, alioqui inventarium ſub folle (ut ajunt) confectum, ſeu confuſum & obſcurum vitiabitur *Roland. à valle, conſil. 73. n. 49. & in tract. de inventa. q. 73. n. 43. Munnoz cap. 9. n. 68. Plotus de in lit. jurand. §. 5. n. 28. Montan. de*

tut

tut. cap. 32. R. 5. n. 75. Surd. deciſ. Mant. 222. n. 2. ubi dicit inventarium pro nullo haberi, in quo res non deſcribuntur cum qualitatibus. Natta conſ. 574. per tot. ubi latè probat heredem inventarium non legitimè conficientem, ſeu res cum ſuis qualitatibus non deſignantem, non indignum ſolum legitima, ſed ultra vires hereditarias teneri creditoribus, Brunnem. ad l. 7. Cod. de bon. proſcript. & ad l. ult. C. de jur. delib. n. 22. quam l. Bart. & Bald. pro inventariis conficiendis notandam inquiunt. Sed utcumque hæc de jure veriſſima ſint, hodie tamen qualemcunq; inventarii defectum juramento ſuppleri tradit *Carpz. p. 3. Conſt. 33. def. 6. Brunnem. ad l. ult n. 24.* quin imò ſi requiſitum deficiens ſubſtantiale non ſit, ne juramento quidem opus, ut exemplo demonſtrat *Mev. part. 2. deciſ. 356.* Sed an fructus atque aliæ acceſſiones, quibus poſt defuncti mortem hereditas jacens eſt aucta, inventario inferri debeant, videndum? quod frequentiſſimè DD. negaverunt, eo quod auctâ hereditate, de augmento inventarium faciendum non ſit, ſed ea deſcribi tantummodo debeant, quæ defunctus mortis tempore habuerit *d. l. fin. §. ſin autem dubius*, ſatisq; putant, ſi hoc rationum libris, quos de receptis & expenſis prudens paterfamilias facit, heres inferat, ita ut inventario confecto aliud de fructibus civilibus, naturalibus, acceſſionibus conficere non ſit opus. Mihi verò placet in hoc loco à communi opinione recedere, ut collecti fructus antè aditam hereditatem in inventario ſint deſcribendi, ſunt enim hi fructus hereditas *l. 38. ff. de leg. 2.* & pars rei intelliguntur *l. 44. ff. de Rei vend. l. 9. ad l. Falcid. l. ult. §. pen. ff. de his quæ in fraud. cred.* augentque hereditatem *l. 15. §. 6. ad l. falcid. l. 44. §. 1. l. 27. §. 1. ad SCtum Trebell.* quibus ſic ponderatis, cum de fructibus tempore mortis in hereditate repertis de jure conficienda ſit deſcriptio, meritò & de iis qui ante aditam hereditatem ſunt collecti, cum de illis æque ac de per-

 ceptis

ceptis in vita teſtatoris pariter ſit judicandum, maximè cum interpretatione legis, quâ hereditas jacens defuncti perſonam repræſentat *l. 34. ff. de acquir. rerum Dom. l. 31. §. 1. de hered. inſt. l. 9. C. depoſit.* defunctus eos quoque habuiſſe intelligatur.

§. 3.

POrrò ſciendum inventario res cujuscunque loci inſerendas eſſe, idque ſive defunctus ſciverit, ſe tot tantaque bona poſſidere, ſive ignoraverit; conſtituunt enim civiliter unum patrimonium *l. 35. ff. de hered. inſt.* etiam ſi ejusmodi bona in longinqua regione, alterius principis ditioni ſuppoſita, ſint ſita, atque unum hoc caſu heredis in ſingula loca ſeſe conferentis inventarium ſufficit *l. 72. ff. de evict. Guido Pap. in tract. de form. invent. num. 24.* non tamen ut omnia bona præcisè in uno & non pluribus inventariis contineantur, eſt neceſſe *Mev. p. 2. deciſ. 356. arg. l. 3. in princip. de tabul. exhib. Brunnem. ad l. ult. C. de jur. delib.* ſuadente enim utilitate neceſſitateque, conſuetudine ſtatutoque locali, utpote non minorem atque leges ipſæ ſtrictæ acceptæ vim habentibus §. *Inſt. 9. de jur. nat. gent. & civ. l. 32. & ſeqq. ff. de leg. Struv. Exercit. 2. Th. 22.* inventaria diviſa fieri poſſunt. *Mev. p. 2. deciſ. 356.* imò in pluribus etiam chartis inventarium confici poteſt, modo ex tali foliorum diverſitate dubium vel fraus non emergat, alioquin ſic, niſi litteræ ſuperioris chartæ conjunctæ ſint cum aliâ, *Bald. l. fin. de jur. delib. verſ. ſed ſi non* (*ubi ulterius conſilium in tali caſu ſubminiſtrat*) adeoque eo, quo bona extra domiciliũ heredis exiſtant, caſu per procuratorem nedum confici, *l. fin.* §. *ſin autem à locis. Salycet. in d.* §. *ſin autem dub. 2.* ſed per eum quoque ſubſcribi poteſt, *per l. 62. de procur. Salyc. in d.* §. *Porcellin. in d. tract. cap. 3. n. 6.* cœterum cum heres præſens eſt pro formâ conſtitutum videtur, ut per ſe *l. fin.* §. *2. verſ. ſubſcriptionem tamen ſupponere*

here-

Digitized by Google

heredem neceſſe eſt &c. vel ſi ignarus litterarum vel ſcribere præpediatur *d.* §. *2.* per notarium ſpecialiter adhibitum ſubſcribat, *d.* §. *2.* hanc nimirum hereditatis quantitatem eſſe, nihilque doloſè ſeſe retinuiſſe, præpoſito inſuper ſecundum *d.* §. *2.* per heredem crucis ſigno, vel divini nominis invocatione *Struv. ſynt. civil. Exerc. 33. Th. 55.* unde per procuratorem ſubſcribere non ſufficit, forma enim non ſervata actus corruit *l. 8.* §. *17. de tranſact.* adeò ut per æquipollens nequeat impleri *l. qui per ſalutem 33. pr. de jurejur. Jaſon. conſ. 26.* ubi latè de hâc materia. Receptâ ſola notarii publici fide hodie heredis ſubſcriptio: *Dominus, Mev. p. 2. deciſ. 356. num. 24.* ac inſuper crucis ſignum omittitur *Brunneman. ad ſæpe d. l. ult. n. 19. 20. & 21. cum ibid. alleg.*

§. 4.

PAri modo ſuper pupillorum minorumve rebus ſi conficiendum ſit, omnia bona immobilia per ſitum ſimiliter, proximosque confines *l. 4. de cenſib. l. ſi rem ff. de rei vend.* mobilia vel ſeſe moventia per ſigna eorumque quantitatem ac æſtimationem, valorem ac pretium nec una res minoris pretii pro alia reddatur *l. fin. de magiſtrat. conveniend. ibiq. Salicetus.* paria enim ſunt inventarium non facere vel facere quidem, & non omnes res, vel obſcurè, ut de earum æſtimatione non conſtet, ponere jura quoque & actiones, quæ ſuper bonis exercentur, repertorio cum nominibus debitorum pro quantâ ſummâ imò etiam tenore inſtrumentorum exprimenda *Montan. de tut. cap. 32. R. 4. n. 79. Bart. & alii DD. in l. qui repertorium & l. fin. Cod. arbitr. tut. l. 57. de adminiſt. & peric.* adeò quidem ut, ſi ſecundum prædicta non ponantur, vel obſcurè, in litem contra tali modo conficientes jurari poſſit, reſpectu quantitatis, qualitatis, ac ſummæ ex ipſo juramento damni rerum & intereſſe probatione faciendâ,

Caſtrenſ.

Digitized by Google

Caſtrenſ. conſ. 124. Ruin conſ. 29. n. 11. lib. 5. quæ verò pupillus debet non ponenda ſunt debita *Gutierez de tut. cap. 1. n. 30. Montan. cap. 32. L. 4. n. 80. arg. l. fin. C. de aliment. pupill. præſtandis* præterea inſtrumenta ad pupillum pertinentia, non præſentia ſolùm, ſed poſtmodum inventa *l. tutores Cod. de adminiſt. tut. l. fi. §. tali. de curat. furioſ. & notat. gloſſ. in d. l. tutores. verb. inſtrumentorum.* & quidquid de mandatæ tutelæ tempore reperitur deſignandum. *d. ll. Brunn. ad l. 24. Cod. de adminiſt. tut. Carpz. 6. Reſp. 73. n. 5. & 74. n. 3.*

§. 5.

SEd dubitatio oritur, quod ſi tutor extra jus vel inventarium plusquam ſit in ſubſtantia pupilli confiteatur, an ſibi præjudicet? quod negatur, ſecus ſi plus aut proprias vel alienas absque quod propriæ alienæve ſint mentione repertorio publico inſeruerit, atque ita ipſe per hanc ſcripturam confeſſus fuerit *l. fin. Cod. arbit. tut. ibique Brunem. & Cyn. Montan de tutel. cap. 32. R. 4. n. 10. Gutierez eod cap. 1. n. 100.* adeò ut licet proteſtationem faciat quod ſi quæ appoſuerit non apponenda pro non appoſitis habere velit, proteſtatio iſthæc nil operetur. *Gutierez de tut c. 1. n. 100.* quæ *d. l.* deciſio procedit, ut nec probatio in contrarium admittatur *Montan. cap. 32. R. 4. n. 58. Alciat de præſumpt. R. 2. in 2. part. præſumpt. 13. Gutierez d. l. n. 102.* eò enim caſû quantum ad præjudicium tutoris vel curatoris, non autem quantum ad pupilli præjudicium, fides eſt habenda *l. 11. §. 1. de interrogat. act.* atque in inventario hoc ſpeciale eſt; extendit hoc ipſum ad errorem *Bald. in l. 1. §. ſolent de off. præf. urb.* contrarium tamen in hiſce erroris terminis, imò quod prætextu erroris hujusmodi confeſſio revocari poſſit tenet *Brunn. Cyn. ad l. ult. C. arb. tut.* & ipſe Bald. *in auth. ſed cum teſtator Col. fin. ad l. falc.* putat, quod tutor juſtum errorem allegare poſſit *l. 18. Cod. de probat.*

Digitized by Google

probat. & hæc opinio verior & probabilior eſſe videtur, quin imò non error ſolum allegari & probari à tutore vel curatore poteſt, ſed etiam per indirectum probatio admittitur, quæ alias adverſus hanc præſumptionem juris & de jure admitti ſolet, illas nempe res conſumptas *Afflict. deciſ. Neapolit. 13. n. 26. & 27.* vel fuiſſe reſtitutas *Menoch. lib. 1. præſump. q 63. n. 2. & 65. n. 6. lib. 6. q. 19. n. 2. & 7.* Similiter non procedit prædicta *l. deciſ. verſ. ſin autem &c.* in rebus immobilibus in inventario publico deſcriptis per tutorem, quæ ſua eſſe probare poteſt inſtrumentis *Alciat. R. 237. n. 2. Menoch. lib. 6. præſumpt. 97. n. 6. ubi dicit quod etiam probare poterit teſtimonio quinq; teſtium ſecund. Math. de Afflict. deciſ. 13. n. 26.* Locum etiam ſortiri volunt allegatam *deciſ. l.* in confectione inventarii tutoris ſcripturâ privatâ facta, in qua nimirum rem pupilli ſeu adulti confitetur, in hac enim præſumptionem juris & de jure oriri adverſus ſic confitentem dicit *Menoch. lib. 6. præſumpt. 97. n. 4. inferendo n. 5.* Quid ſi completo repertorio res quædam patrimonio pupillari accedant vel ſucceſſione vel inter vivos? inventarium feciſſe ſufficit arg. *l. 24. ff. de contrah. empt. l. fin. §. tali Cod. de curat. furioſ.*

THESIS VI.

§. 1.

AD legitimum inventarii conficiendi modum ſpectat, ut creditores *l. 1. §. 1. verb. plerumq; ſi pluſq. per l. falc.* etiam conditionales *l. 9. juncta l. 8. ff. de aq. pluv. arc.* legatarios & fideicommiſſarios *Nov. 1. cap. 2. §. 1.* & quorum quoquomodo intereſt *l. 47. de Re jud. l. 39. ff. de adopt. l. fin. §. 2. Cod. de jur. delib.* heres ad videndum fieri inventarium citari curet, *d. Nov. 1. cap. 2. §. 1.* certos nominatim *l. 3. §. 8. ff. de excuſ. tut. l. 4. §. 5. ff. de damn. infect. Guido Pape q. 246. num. 9. Roland. à valle, conſ. 72. n. 23. vol. 2.* incertos proclamate facto

Digitized by Google

ſeu edictaliter *l. 6. Cod. de remiſſ. pign. Struv. Exer. 32. Th. 55. & paſſim DD.* Creditoribus & legatariis abſentibus tres alii teſtes bonæ famæ, locupletes, ejusdemque civitatis, in præſentiâ quorum deſcribatur, ſolent adhiberi *Porcellin. in tract. de confect. inventarii cap. 2. n. 4. Nov. 1. cap. 2. §. 1. ibique DD.* quod ſi nulli creditores ſeu legatarii exiſtant duo ſemper ſufficiunt. Confer quoad non citatos *Brunn. ad l. ult. C. de jur. delib. n. 15. Menoch. conſil. 89. n. 138. lib. 1. Barrij lib. 11. tit. 8 n. 6.* quoad citatos enim omnia ſolenniter acta ſunt *l. 2. C. ſi propter publ. penſit. Bart. in §. hinc nobis verſ. ibi fiat. Bald. in authent ſi omnes verſ. ex hoc ego infero Cod. ſi ut ſe ab hered. abſt. ubi inquit, quod fatuus quidam judex dixerit, inventarium nullo modo valere quaſi omiſſa forma & ſolennitate legali quod non verũ; quia quoad citatos eſt forma ſervata, ubi etiam concludit, quod ſi heres in integrum ſit reſtitutus adverſus aditionem hereditatis aliquibus citatis & aliis non quoad ea valitura ſit adverſus citatos ſed abſentibm non præjudicet facit l. 47. de re jud. ff. l. 44. de jud & cap cum ſuper. de ſent. &. re jud. montic. in auth. de hered. & falcid. in verbo omnes convocare & ad l. fin. C. in verb. cæterorumq́.* ſed cum hæ ſcrupuloſitates in praxi multorum locorum relegatæ ſint nec citatio legatariorum, &c. requiratur, ideoque hodiedum illorum illorum citationis omiſſio excuſatur. *Klock. conſil. adopt. 91. n. 14. & Brunn. d. l.* quoad creditores *Mev. p. 2. deciſ. 356. n. 20.*

§. 2.

AD ſubſtantiam præterea & formam pertinet ut in præſentia (*hodie manu notarii publici*) conſcribatur *d. l. fin. §. 2. Nov. 1. cap. 2. Monticuc. in l. ult. C. de jur. delib. & novell. 1. in verb. tabulariorum. Brunnem. ad l. ult. C. n. 14.* cum enim notarius perſona publica ſit, cui fides adhibenda, in inſtrumentorum ſuorum confectione unus ſufficit. *arg. l. 3. C. de tab.*

tab. ſcrib. lib. 10. tit. 69. Nov. 73. cap. 1. de fid. inſtrum. Roland. à valle de invent. hered. §. quia de ſubſtantia inventarii fol. 94. Thuſch. l. 1. concl. 349. n. 47. Klock. conſ. adopt. 91. n. 7. ut inde tamen interdum notarii plures requirantur *Brunnem. ad d. l. ult. Mev. p. 2. deciſ. 356. n. 23. Monticul. in d. l. ult. & d. auth.* quia verò ſcripturæ notarii abſque teſtibus factæ facilè non creditur, *Carpz. proceſſ. tit. 18. art. 3. n. 8.* eundem requirere ac rogare neceſſe eſt, quippe quod non aliter niſi rogatus, ſuo fungatur officio. *Ord. Colon. de anno 1512. §. 3.* quin imò irrequiſitus ſi quid ſcriberet ſeſe ſuſpectum reddere, actaque à ſe non valere tenet *Stephani de jurisd. l. 2. p. 2. cap. 5. num. 23.* Porrò præter notarium rogatum *l. fin. §. 2. Schneid. ad §. extraneis n. 13. Perez. ad cod. n. 8. Struv. ad h. tit. Th. 55. num. 2.* duo quoque in ipſo inventario teſtes, illud conſcribi videntes, interveniant. *l. 12. ff. de teſtibus. Porcellin. de invent. q. 2. n. 7. Schneid. ad §. extraneis n. 13. cap. 23. & 28. §. eod. Guido Pap. q. 9. n. 23. de form. invent. Monticul. q. 229. num. 29.* heredemque, quod in inventario ſpeciale dicit *Jaſon. Schneid. ad ſæpe dictum §. extraneis de hered. qualit. & differ. num. 13.* cognoſcant *l. fin. §. 2. C. de jur. delib. Monticul. eodem.* quamvis ſecundum uſum hodiernum ignoti ſufficiant. Sed controvertitur, an iſti duo vel alter eorum poſſit eſſe fœmina? quod admittendum dicunt, eò quod mulier veluti quilibet alius teſtis eſſe poſſit, niſi expreſsè prohibeatur *l. 1. §. 1. ff. de teſt. l. 20. §. 6. qui teſt. facer. Gloſſa in l. fin. in fin. de codicill. Monticuc. ad l. fin. in verb. teſtibus* quod an uſu ſervetur merito dubitatur. Porro quæritur, An notarius de inventario rogatus computetur in numerum trium teſtium creditorum ſeu legatariorum loco adhibendorum? quod negatur: quia ubi agitur de probando actum per inſtrumentum, non connumeratur notarius inter teſtes *l. 21. cum gloſſ. C. qui teſt fac. poſſ. pariſ. conſil. 34. n. 4 vol. 2.* quam communem dicit *Alex. conſ. 153. circa fin vol. 2.*

 §. 3

Digitized by Google

§. 3.

INter reliqua quoad confectionem legitimi ac ſolennis inventarii requiſita, non certè minimum eſt, quod heres, poſtquam agnoverit delatam ſibi hereditatem ex teſtamento vel ab inteſtato intra triginta dies à die ſcientiæ incipientes inventarium debeat inchoare *Math.Coler. de proc. Execut. part. 2. cap 3. n. 403. Schneid ad §. 5. de hered. qualitate & diff. n. 12. Dn. Lauterbach in tit. de jur. delib. Perez. ad Cod. d. tit. n. 8. Struv. ſynt. Civ. & Exerc. 33. th. 54. Mev. p. 6. deciſ. 180. n. 5. textus in l. fin. §. 2. ibiq. Brunnem. Monticul. tract. de invent. q 223. n. 21. ubi veriſſimam dicit & ad l. fin. C. in verb. intra triginta &c. & poſtquam adierint Specul. ad tit. de inſtrumentor. edit. Salyc. in d. l. fin. §. 2. Phanuc. de phanuc. in tract. de invent.* ubi dicit hanc in jure veriorem *Carpz. p. 3. Conſt. 33. def. 13.* id quod in teſtamento in ſcriptis obtinere dicit *Monticul. in d. l. fin. in verb. poſt. apertas tabulas*, in teſtamento nuncupativo verò à die mortis teſtatoris decurrere tenet *Idem in modò alleg. verb.* intra ſexaginta dies verò ſequentes perficere, ut ita in effectu tres menſes, quorum quilibet triginta dies comprehendit *l. fin. §. 2. C. de jur. delib. add. gloſſ. in C. quam ſit. de Elect. in 6to. Schneid. ad §. extran. d. tit. n. 13. & paſſim DD.* ad inchoandum & perficiendum ſint præſtituti *Carpz. p. 3. Conſt. 33. def. 13. d. l. fin.* non tamen impedimentum juſtum excluditur confectionem inventarii remorans, quod vel eſt juſtum & relevans, & heredi impedito tempora prædicta minimè currunt, *l. 39. Bald. ibid. ff. de excuſ. tut. Klock. conſ. adopt. 91. n. 1. Mev. p. 2. deciſ. 356.* aut tale quod facilè poteſt reparari, & non excuſatur heres, ſed dicitur eſſe negligens perinde ac ſi non fuiſſet impeditus *l. 40. ff. de condit. & demonſt. l. 26. §. 4. ex quib. cauſ. maj.*

§. 4.

Digitized by Google

§. 4.

QUod dixi tempus trium menſium dari pro conficiendo inventario, intelligendum, quando res hereditariæ ſunt in loco, in quo adeſt heres, quod ſi verò à locis, in quibus degit & commoratur, diſtent, anni ſpatium conceditur à morte defuncti teſtatoris commerandum *d. l. fin.* §. *3. ibique Brunnem. Carpz. part. 3. conſt. 33. def. 13.* & quemadmodum tempus trium menſium partitur, ut primus pro inchoatione, alii duo menſes pro abſolutione & conſummatione inventarii præſtituti cenſeantur, ita iſtud anni ſpatium reputatur aſſignatum, ut primi quatuor menſes deſerviant pro inchoando, & reliquum tempus pro finiendo inventarium *DD. in d* §. *3.* proinde præſuppoſitâ temporis hujus modi diviſione dubitatur, utrum, ſi intra quadrimeſtre ſpatium ad inchoandum inventarium heredi conceſſum heres inventarium conficere non cæperit an valeat intra menſes illud reliquos inchoare & perficere atque ita ejusdem frui beneficio! an vero potius neceſſe ſit ſaltem cæpiſſe intra primos quatuor menſes, ut juris effectu gaudeat: quæ quæſtio diſputatur *in d. l. fin.* §. *12* & in ſpecta mente textus noſtri minimè valere dico: cui opinioni etiam ſubſcribit *Andr. inſpec. in ſæpè dict. tit. de inſtrument. edit* §. *fin. verſ. quid ſi profectò textus clariſſ in l. fin* § *12. in verb. ſecund. formam præſentis text. in* §. *4. verb. ſolidaverint.* §. *fin. ibid præſentis legis ſubtilitate. Nov. 1. cap. 2.* §. *1. verſ. ſecund. modum & tempora.* forma enim ad unguem eſt ſervanda, adeò, ut inventarium ſecundum leges ſolennitatesque debitas non confectum, ſit inutile, nec heredi proſit. *Surd. deciſ. 222, n. 2. 7. & 8. Klock. conſ. adopt. 91. n. 4. Cavalcan. de tut. & curat. p 3. n. 19.* paria enim ſunt inventarium non facere vel minus ſolenniter conficere *Cavalcan. d. l. Ruland in tract de invent. part. 3. n. 4. Cravett. 593. n. 15.* enim verò ſolennitates inventarii ſive à jure, ſive conſuetudine introductæ adeò

 ſub-

Digitized by Google

ſubſtantiales ſunt ut una ex illis omiſſa inventarium totum infirmet: quia *l. fin* procedit annullando *Theſſaurus. forens lib. 1. q. 10. n. 2.* quo porrò pertinet quod conditio in formâ ſpecificâ ſit adimplenda *l. 55. ibique Brunnem & l. fin de condit. & demonſt.* & quando lex ad monet ut quid in primâ dilatione fiat, ſi nihil fiat, non ſit dignus ut ſecunda ſibi concedatur dilatio, niſi fuerit impeditus & de impedimento conſtaret *l. 7. ff. de feri l. 3. §. 1. in verſ. nec. fruſtra. l. 7. pr. de in integr.* Nec infimæ notæ controverſia eſt quando fidei commiſſario univerſali tempus conficiendi currat? atque cum velut heredi pro ut dictum inventarii cura eidem incumbat ni ultra hereditarias vires obligari velit, ſic probabiliorem opinionem tenendo fidei commiſſario univerſali perinde ac heredi à die ſcientiæ fideicommiſſi, dummodo, quominus hereditatis reſtitutio facta fuerit, per heredem non ſteterit: etiam nondum reſtituta ſibi hereditate, conficiendi inventarii tempus cedere dicendum *Ioann. Andr. in addit ad ſpecul. ad ſæpe dictum §. quid ſi heres non fecit.* qui enim non obſervat tempora à lege conſtituta eius formam obſervare non dicitur, *auth. qua ſupplicatio ibiqua Bald. & Salicet C. de precibus imperat. off. Iaſon in conſil. 191. lib. 2.* forma enim ſecundum prædicta non ſervata actus nullus redditur *l 8. §. 17. ff. de tranſact. l. 24. in fin. ff. ad municip.* etiam in minimâ parte *Iaſon conſ. 191. n. 2. Natta conſ. 162. n. 8. & Iaſon in propoſito inventarii conſil. 26. lit. B. in add.*

§. 5.

DEnique inventarium adminiſtratorum quod concernit, illud non privatim & ſine arbitris conſcribendum ſed adhibita legali ſolemnitate, notario & teſtibus conficiendum *Heeſer de ratio. redd. l. 6. num. 20. & 21. Lucas de Penna in l. 1. verſ prima eſt & verſ. forma Cod. de can. frument urbi Rom. Poſtius reſolut. 153. n. 8. & 9. Munnoz de ratiocin. cap. 9. n. 10.* indè heredes, tutores, Curatores, Epiſcopi, or-

Digitized by Google

orphanotrŏphi, & ſimiles, qui publicâ quadamodò adminiſtratione defunguntut, ſolenne inventarium conficere ſunt obligati. *Munoz cap. 9. n. 75.* licet deſignatio bonorum privatim conſcripta ſufficit in iis, qui privatas res adminiſtrant. *Munnoz d.l. n.25. & 28.* debet fieri ſecundum conſuetudinem loci ubi conficitur: communiter tamen ſecundum præſcripta legum *Heeſer d. l. n.14. Chriſtin: ad l. Mechlin. tit.19. art.12. n.11. Gutierez de tut. cap. 1. n. 82.*|ſimiliter in præſentia publicarum perſonarum repertorium conſcribere tenetur tutor *l. 24. Cod. de adminiſt tut. Perez. ad cod. d. tit. n. 11. Munnoz cap. 9. n. 10.* ut etiam multi doceant illud judicialiter fieri debere. *Montan. de tut. cap.32. R.5. n 36.* ſed hoc non obſervari & adhibito notario atque teſtibus confectum extra judicium etiam hodie ſuſtineri, verius eſt. *Schneid. princip Inſt. de legit. agn. tut. num. 16. in fin. Manz. p. 1. tit. 7. n. 38. de tut. Poſtius reſolut. 25. n 35. Gratian. diſcept. forens. 711. n. 1. Struv. Exer.31. th.36. l. fin. pr. & §. 1. C. arbit. tut. l. 24. C. de adminiſt. tut. Gutierez. de tut. cap. 1. n. 84. & 81.* cujus rei ratio, ne fortè quid omittat ſubtrahatvè tutor: & cum nemo in cauſa propria teſtis eſſe queat *Manz. d. l.* inde non immerito privatim ſine arbitris bona pupillaria conſcribere non ſufficit: quod quantum ad tutorem & curatorem obligandum quidem tenet ſed quantum ad hoc ut fidem faciat contra eos quorum nomina in inventario deſcribuntur, requiritur ut coram judice conficiatur *Cynus. in l. tutor. ſi repert. ff. de admin. tut. Porcellin. in tract. cap. 2. n. 9. Gutierez de tut. cap. 1. n. 83.* ſatisque eſt ſi unus ſolummodò notarius in hujus modi repertorii confectione adhibeatur. *Gutierez cap. 1. n. 83. de tut.* infrequens enim non eſt in jure numerum pluralem poni pro ſingulari *ut in d. l. 24. C. de adminiſt. tut.* nec pupillorum creditores ad præfatam confectionem ſunt citandi *Perez. ad Cod. de adminiſt tut. n. 4. Gutierez cap. 1. n. 84. & 85.* neque ad inventarii tempus

pus

pus heredi præſtitutum tutores ſunt aſtringendi *Richter. deciſ. 59. n. 6. Montan. de tut. cap. 32. R. 5. num. 29.* quod arbitrio judicis melius committit *Heeſer loc. 6. n. 19. & alleg.*

THESIS VII.

CUm non ſufficiat, noſſe quid res, quæque eius diviſiones ac qualitates ſint, niſi quem uſum, ac utilitatem habeant intelligatur: proindè videndum qui effectus, quæve utilitates ex confectione inventarii reſultent,

§. 1.

EFfectus eſt ratione inventarii ab herede legitimè confecti quod ultra vires de ſuo creditoribus vel legatariis non tenetur *l. fin. §. 4. cod de jur. de lib. ibique Brun. Perez n. 11.* conſtitutione quippè hâc tàm æquiſſimâ, quàm nobiliſſimâ *§. 5. Inſt. de hered. qual. & diff.* ſummum iſthoc beneficium exhibetur: licet olim ſecus eſſet quo ad creditores *l. 10. Cod. de jur. delib. l. 33. ff. ſolut. matrimon. l. 4. ad SCtum Trebell. d. §. 5. Inſt. l. fin. §. 1. Schneid. ad § 5. l. 8. ff. de acq. vel omitt. hered.* etiam de propria ſubſtantia *Carpz. p. 3. C. 14. def. 14. n. 14. & def. 31. n. 2.* quod hâc lege correctum adeò ut nec in bonis ſuis vexari poſſint falcidiamque de legatis & fidei commiſſis *l. fin.* beneficio poſſint detrahere *l. fin. §. 4. ibique Perez. n. 11. gloſſ. in. §. hinc nobis. de hered. & falcid.* id quod olim Diocletiani & Maximiniani tempore obtinuiſſe probatur *l. 15. C. de legat.* hodie verò mutatum *d. l. fin. §. 14. verſ. ſiquis autem tàm temerario. Nov. 1. cap. 2. §. 2. quæ* falcidia reſecat legata ultra modum debitum conſcripta *l. 1. ad l. Falcid. pr. Inſt. d. l.* ea tamen non contra debitores; ſed legatarios tantum modò heres utitur *Gothofr. ad l. fin §. 4. montic. ad d. l. fin. §. 4 verb. adverſus legatarios.* æs enim alienum cuicunque Falcidiæ & legatis prævalet. *§. 5. Inſt. ad l falcid. 45. ff. ibid. tàm diu enim falcidia quàm diu legata deberi poſſunt debetur.* quin imò legitimæ

tımæ *l. 8. §. 9. de. inoff. teſt. ibiq; Brunnem. & l. 33. n. 2. & 32. Cod. eod. arg. §. 5. Inſt. ad l. falcid. l. 6. Cod. eod.* nec ſemper de legatis Falcidia detrabitur, ſed eo demum caſu, quo dodrantem quantitatis, quæ detractis oneribus ſupereſt, excedunt. *pr. Inſt. ad l. falcid.* quàm falcidiam detrahere nequit, ſi expreſſis verbis prohibuerit teſtator. *Weſenb. in parat. ad l. falcid. Struv. ſynt. civ. eod. tit. th. 45. Brunn. ad. auth. ſed cum teſtator.* idem in legatis ad pias cauſas factis *Carpz. p. 3. C. 1. def. 16.* plures limitationes ab intentione alienas vid apud *Struv. d. l.*

§. 2.

HEres confecto inventario creditoribus & legatariis primò venientibus poteſt ſolvere, *text. in l. fin. §. 4. de jur. delib. Porcell. in tract de invent. cap. 4. n. 2. Guidd pap. de form. invent. n. 16. Schneid. ad §. 5. inſt. de hered. qual. & diff. n. 29. Perez. n. 11. Brunn. ad l. fin. §. 4.* quod ſanè locum habere intelligas, quandò ſolvit bonâ fide, & alios creditores tempore priores, adeſſe ignoravit, aliàs prioribus, non niſi exactâ de reſtituendo ſatisdatione *l. 41. ad l. falcid.* ſi potioribus ſatis fieri non poſſit, ſolvet *Gothofr. ad d. § 4 Cyn. Salic & paſſim DD.* ſi verò primò venientibus ſolverit, poſtque reliquis tempore prioribus ex defuncti patrimonio ſatis fieri nequeat, non contra heredem, ſed concreditores ſuos & legatarios, jam ſolutionem, conſecutos, agere tenentur *l. fin. §. 5. & 7. Sichard. in d. l. fin. n. 6. Richt. ad auth. ſed cum teſtator n. 36. Struv. Exer. 33. th. 38.* quod adeò verum eſt, ut creditores hereditarii vel legatarii per heredem confecto inventario non inventa in hereditate pecuniâ paratâ ad res inſolutum accipiendas compelli poſſint. *l. fin. § 4 circa. fin. eis ſatisfaciant vel ex hereditate defuncti vel ipſis rebus vel earũ venditione Schneid. d. l. n. 29. Perez. in Cod. n. 11. Sichard. ibid. n. 10. & Brunn. ad d. l. §. 4. Cyn. d. l. n. 3.* id quod poſthabito inventarii beneficio ſecus, vigeret enim vulgaris regula ſemper, aliud pro alio invito creditori ſolvi non poſſe *l. 16. C. de ſolut. l. 12. de leg. 2. l. 2. §. 1. de rebus cred.* quod eo extendit *Salic. in d. §. etſi 4.* ut licet res vendere poſſit heres atque inde pecuniam retrahere, modò vel evictionis vel dilationis damnum ſit paſſurus. Quid ſi nomina inſolutum dare velit? id itidem poſſe conſtat, cum appellatione rei etiam nomina contineantur. *l. 1. de ſtat. hom.*

F à cre-

à creditore tamen ſolutionis loco recepta, poſtque bona aut minus exigibilia reperta, non heredis ſed creditoris comodo atque detrimento ſunt, cui hoc caſu electio competit, *Mev. p. 6. deciſ. 272.* prædicta tamen, ſi credita vel legata forent in certâ re vel corpore, vel ſpecie conſiſtentia, limitantur: enim verò tunc aut extant, & tenetur præciſè dare, aut non, ſed periit & *l. 23. de verb. oblig.* liberatur. Præterea creditoribus antequam hereditariis aut legatariis ſatis faciat de defuncti ſubſtantia heres, funebres expenſas deducit *l. fin.* § *9.* ut & eas, quas in inventarii confectionem & inſinuationem *d.* §. *9.* aut alias hereditatis cauſas neceſſarias & probatas perſolvit *d.* §. *9. ibique Brunn. Perez. n. 11. in fin. l. 4. C. de petit. hered. l. 3. C. de Relig.* etiam in concurſu creditorum hereditariorum, quantumvis prærogativâ hypothecæ ſeu privilegii ſubnixorum *l. 14.* §. *6. verſ. aquam. l. pen. ff. de Relig. Alciat. conſ. 139. pr. tom. 3. Porcell. cit. d. l. n. 9.* Porro actiones & obligationes ſi quæ contra defunctum heredi competierint, non confunduntur *l. fin.* § *9. ibique Brun. Perez. d. l. n. 11.* id quod jure pandectarum ac hodie inventario non confecto ſecus eſt. *l. 95.* §. *2. ff. de ſolut. l. 7. ff. de pact. Richter. ad ſæpe dict. auth.* Quid ſi heres de functi ſit debitor, an ſalutaris ad modum hujus beneficii ſubſidio liberabitur? neutiquam *Nobiliſſ. Dn. Kleinſchmid Exercit. inaug. ſect. 12. eff. 6.* quippe quod inventarium non tribuat beneficium ſeu lucrum ultra jus commune *l. fin.* §. *10.* adeoque ſicut heres creditor tantò minorem ita debitor heres tanto quoad creditores reddit hereditatem ampliorem *l. 1.* §. *18. l. 95. ad l. falcid.*

§. 3.

SUbtili admodum elegantiâ inter juris civilis Interpretes hic quæſitum ſæpius eſt: an actiones in ſubſtantia & ipſo jure confecto inventario confundantur. affirmantium ſententia uti communior ita ferè ab omnibus eſt recepta *Cyn. ad Cod. in* §. *in computatione ibiq. Accurſius. & paſſim DD.* talis enim heres perſonam defuncti verè repræſentat, qui cum ejusdem eſſet debitor, & heres ejusdem creditor neceſſariò ſequitur actionum confuſio *l. 21. l. 71. ff. de fidei. l. 95* §. *43 ff. de ſolut. l. 38. de condict. indebit.* his conſequens eſt bona defuncti teſtatoris & heredis ſeparari, nec confundi *Mev. p. 1. deciſ. 40.* aditam enim hereditatem creditoribus cedere atque ita vexationibus ulterioribus ſeſe liberare poteſt. *Carpz. part. 1. deciſ 25 per tot. Mev. p. 1. deciſ 40.* ſeparationis enim effectus eò uſque donec bona defuncti heredis ſubſtantiæ

rea-

realiter confuſa, commixtaque ſunt, durat. *Mev. p. 1. deciſ. 40.* proinde commixtione factâ ſeparationem ex inventario provenientem *Phan. de phan. de invent. hered. p. 5. n. 19.* nihil proficere, ſed in propriâ heredis bona immiſſionem petere atque ex iis ſolutionem creditores exigere poſſe tenet *Mev. d. l. & p. 2. deciſ. 357. num. 13. 14. & 17.* Pariter quibusdam creditoribus hereditarias ultra vires ſolvendo ſibi minimè præjudicat heres *Mev. p. 4 deciſ. 93* Generalis tandem inventarii ſolennis effectus eſt, quod eidem ut pubiico inſtrumento ſtetur, donec contrarium demonſtretur *Berlich. deciſ. 160. n. 15 Carpz. p. 1. Conſt. 33. def. 10. Heeſer d. l. n. 203.* ex quo conſequitur; quod res quasdam omiſſas dicens, probare teneatur *l. fin. §. 10. Richt. deciſ. 59. n. 11.* eoque non probato, non ſecus ac qui aliud crimen falsò objecit, aut alias diffamat, injuriarum poſſit conveniri *Mev. Reſp. 2 p. m. 31.* Medio quoque conficiendi inventarii tempore à creditoribus legatariis conveniri nequit *l. fin. §. 11. Richt. deciſ. 59. Blas. Altimar. de nullit. ſentent. part. 1. rub. 9. p. 28. n. 58.* quamvis etiam opulenta ſit hæreditas *Boer. deciſ. 53.* adeò ut neque executio contra heredem prætendi *Boer. deciſ. 10. n. 9 & 3. & deciſ. 83. Tepat. tit. 2. de invent. col. 2.* aut ſententia contra defunctum lata contra heredem poſſit executioni demandari *Graſs. de ſucceſſ. § inventarium q 16. n. 2. Cancerius var. reſol. n. 98. lib. 2.* nec hypothecaria ſi deſcenderit ex contractu defuncti conveniri poſſit *Cancer. d. l. n. 151.* Omnia juris deliberandi commoda præterea conſequitur heres *§. donec & §. & hac quidem. §. fin autem.* Alios quàm plures inventarii effectus, quos tam penuriâ temporis quàm brevitatis ſtudio diſquirere non licuit *vid. apud ſcriptores ad l. fin. de jur. delib. Nov. 1. de hered. & falcid. atq. authent. ſed cum teſtator. C. ad l. falcid.*

§. 4

ADminiſtratorum inventarii ſolennis in eo potiſſimum conſiſtit effectus, ut à vexationibus ac moleſtiis, quibus ob adminiſtrationem commiſſam rerumque geſtarum reſtitutionem ſuppoſiti, liberi ſint & immunes: adminiſtrationis enim ſuſceptæ, factæque reſtitutionis juſtitiam ex eodem quàm facillimè poſſint demonſtrare: nec inventarium ſolenniter ita confectum juramento ſit confirmandum *Carpz. p. 33 Conſt. 33. def. 8. Berlich deciſ. 160. num. 14.* imò rebus quibusdam ab herede ex ignorantia fortè omiſſis creditores & legatarios ſi majorem quàm deſcripta ſit quantitatem relictam putant ad iſtius probationem obligantur, eaque deficiente demùm juratoria purgatione heres ſeſe exonerare poteſt. *Brunneman. ad l. fin. Cod. §. 10. pr. Mev. p. 6. deciſ. 59.* ubi tamen defectus allegati probationem requirit *Mev. p. 6. deciſ. 92.* Prætereà inventarium ſolenniter confectum inducit præſumptionem juris *Carpz. p. 3. Conſtit. 33. def. 10. Heeſer loc. 6. num. 203.* Et hæc de adminiſtratorum, nunc de tutoris inventarii ſolenniter confecti effectu, qui ex eo potiſſimum metiendus, quod atque id ſolennitatibus ſuis eſt abſolutum, ullo ſine periculo tutelæ adminiſtrationem ſuſcipere, eam gerere valeat, quo

non

Digitized by Google

non immeritò referri poteſt, debitores tam in quàm extra judicium pupillari nomine tutorem convenire atque à creditoribus pupillaribus poſſe reconveniri *Gutierez. de tut. & curat. cap. 1. n. 74. Mev. ad jus Lubec. 1. 7. 13 n. 7.* id quod longè aliter inventario non confecto ſeſe haberet *Cavalcan. de tut. & curat. n. 57. Boër. deciſ. 35. n 5. Montan. de tut. cap. 32. R. 4. n. 10.* & ſi aliter factum judicium nullum eſt *Caval. d. l. n. 23 & 57. Maran, in ſpec. aur. diſt. 16. n. 23 Gutierez de tut. & curat cap. 1. n. 47 Montan. d. l. n. 11. Mynſing. cent. 2. obſ 37. ubi hoc notandum dicit.* Sicque reddendo proceſſum nullum expenſas de ſuo tutor ſolvere tenebitur *Vant. de nullit. qua ex de fect. mand. n. 148. Cavalcan. d. l.* Inventario præterea coram judice legitimè conſcripto, cui authoritate ejusdem atque ſpeciali ad hoc debitorum citatione inſcribitur exemplum inſtrumentorum debitorum minoris ipſi debitores deperdito forte an originali inſtrumento debiti conveniri poſſunt. *Gutierez cap. 1. n 86. Berlich. p. 1. deciſ. 9* de repertorio coram notario & teſtibus confecto itidem affirmat *Struv. Exer. 31. th. 36. per l 57. de adminiſt. & peric. Weſenb. diſp. 51 th. 1. facit Nov. 119. cap. 3. Brunn. ad d. l. 57.* id ipſum etiā ad alium quemvis creditorem extendunt *Gail. 2. obſ. 37. n. 1. Berlich. p 1. deciſ. 9. Brunn. ad d l. 57.* Tutori inſuper exceptio illegitimationis à reo convento opponi poteſt, ut inventarium legitimè conſcriptum exhibeat: unde & eidem non confecti inventarii exceptione oppoſita, neceſſitas probandi incumbit, facit namque defectus ejusmodi ut legitimam in judicio ſtandi perſonam non habeat *l. fin 3. fin. arbit. tut. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 51. n. 66. fol. m 163. Gutierez d l. cap. 1 num. 75.* pœnas legales ſibi interminatas abſolutâ ritè confectione ſubterfugit, quâ è contra poſthabitâ tanquam ſuſpectus ab officio removetur *l. fin. §. un. Cod. arb. tut. Mev. d. l. Cothmann. conſ 39. n. 3. vol. 5.* pupillarium bonorum uſurpator atque in dolo eſſe dicitur, ideoque ad intereſſe tenetur quia ſubtractio præſumitur, unde dolus præſumptus *Afflict. deciſ. 13 n. 17. & deciſ. 44. n. 33. & deciſ. 360. n. 2.* repertorium, de quo hactenus, pupilli expenſis conficitur *Cavalcan. d. l. n 62.* non enim officium quo quis defungitur damnoſum cuidam exiſtere debet *l. 7. ff. teſt. quemadmod. aper.* officium verò tutelæ civile eſt & perſonale *l. athleta §. 1. de excuſat. tut.* quod qui ſubit de ſuo erogare non cogendus *l. fin. §. 1. de muner. & bonor.*

Explananda equidem adhuc fuiſſent præcipua circa heredis, tutoris, aliasque ſpecies occurrentia, ſed renuentibus id fatis, aliisque neceſſitatibus inſuper imminentibus invitus hic verba contrahere pedemque figere cogor: Diſputatione habitâ, ſacratiſſimæ Triadi pro conceſſis viribus humillimâ gratiarum actione, Coronidem imponens: B. L. ſi quædam perperam aut accuratè minus poſita adverteris, oro, quæſoque benevolentia & dexteritate tuâ me excuſes, non enim Scævola, non Papinianus, non Baldus ipſe, non quivis alius, tam nitidè & ſolerter legum dona diſpenſavit, ut non ſæpè pro æquo rigidum, pro vero falſum, pro auro plumbum, pro nitore ferruginem propoſuerit. Quapropter verè dixit Cicero *nos juris, germanaq; juſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullā habemus, umbris & imaginibus utimur.*

F I N I S.

Ad11471850

Digitized by Google